Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 447
Quelle:
Copyright:

Quattuor hec ligna concurrunt in cruce digna.
Cedrus cum palma, pariter cipressus oliua.
Est timor in fundo, sed spes consistit in alto.
Est amor in lato, longum cape fine beato.

Versus de matrimonio:

Vnus semper erit compatrum spiritualis,
Alter carnalis; nec fallit regula talis.
Quae mihi, uel cujus mea natum fonte leuauit,
Haec mea commater fieri mea non ualet uxor.
Siqua meae natum non ex me fonte leuauit,
Hanc post fata meae non inde uetabor habere.

CCLXI.

R. 78 Codex chartaceus ital. lat. Sec. XV. Folior. 177. 8. bene scriptus, rubro distinctus, et oblatus Bibliothecae a. 1721. a *Thoma M. Alfano* O. P. de quo pluries mentio, constat piis quibusdam Tractatibus hoc ordine: I. *Maria staua appresso et fora del monumento piangendo. et Reliqua. Omelia Origenis.* Editores italici *Speculi Poenitentiae Jac. Passavantii* O. P. non semel huic Operi *Homiliam* hanc adjecere, quod videretur ejusdem esse interpretis, ut habes in *Paitoni Bibl. degli Aut. antichi volgariz.* T. III. p. 40. At vero Versio Codicis nostri alia est, ut brevi specimine docebo.

Editio	Codex
Abbiendo a parlare nella presente solennitade agli orecchi della vostra caritade, dilettissimi miei fratelli, si mi venne in memoria l'amore, per lo quale la Beata Maria Maddalena, amando Giesù Cristo sopr' ogni cosa, andando egli alla Passione, si 'l seguitava, quando i Discepoli per paura fuggivano.	*In la presente sollempnitate volendo inferire a lorechie de la carita vostra fratelli karissimi parole de deuocione et de amore me occorre como la gloriosa Maria magdalena amando el nostro signiore et saluatore Ihesu christo Lo sequitaua andando ala morte per nui peccatori fugendo li discipuli.*

Non est ad manum Editio *Florentina Passavantii* a. 1725. in cujus Praefatione *Job. Bottarius*, teste *Paitono supracit.* alterius Versionis Homiliae nostrae, quae *Zenobio Guasconio* pariter O. P. tribuitur, Specimina protulit. Video tamen satis apud *Bandinium Cat. Codd. Bibl. Medic. T. V. col.* 254. neque *Guasconianam* Versionem esse nostram; illa enim incipit: *Dovendo parlare, dilettissimi fra-*